



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijis, 1609

Vers. Vel. rata habentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

ne per alium id faceret, tūc enim
mea sententia in excommunicatio-
nem non facit, ex quo id nec
tacito, nec expresse mandauit,
immo expresse prohibuit.

Postrema quæstio est † quid iuri-
ris, si quis mandauit, ut tantum
verberaret, multilatetve, manda-
tarius vero interficeret, an, ex quo
mandatarius aliud fecit, in ex-
communicationem mandans in-
cidat. Ego eenseo ipsum in excō-
municationem incidere, nam, &
si homicidium factum est, quod
mandans non mandauit; tamen
quod illud factum plures partes
habet, & quod fieri posse cogita-
re debebat, ac potuit, obeam re
in excommunicationem incidit.
Id quod locum habere censeo;
etiam si veneno interficerit. arg.
C. fin. de homicid. lib. 6. & ut asse-
ruit Mat. Socin. Zen. in capit. ad
audientiam. nu. 288. de homicid.
At quid è contrario, si quis man-
dauit, ut interficeret, mandata-
rius vero solum mutilavit, aut vul-
neravit, an in excommunicatione-
nem mandans incident? Ego cen-
seo, & in hoc casu ipsum mandan-
tem in excommunicationem in-
cidere, tum quod qui vult conse-
quens, & antecedens sine dubio
vult. arg. illud. ff. de acquir. ha-
red. at hic voluit interfici, ergo
& vulnerari, & verberari, ut per
se patet, sunt enim hæc media, p
quæ homicidium sapienter fit, tum
quod vulnera, & percussionses
sunt partes quodammodo homi-

tidis, ex quo igitur voluit homi-
cidium, & sic totum, ergo & par-
tes, in toto enim pars est. argum.
c. plus. de reg. iur. lib. 6. & l. in to-
to. ff. de reg. iur.

Verum quid sit si Titius Seio
mandet, ut ex tribus Cardinali-
bus simul ambulantibus unum
certum percutiat: Seius autem a-
lium, an in excommunicationem
mandans incident? Concludendū
breuiter est mandantem in ex-
communicationem non incide-
re, nam de suo mandato percus-
sus ille non est, ex quo alium per-
cutiendum mādauit, ergo de
mandato non tenetur. arg. l. dili-
genter. ff. mandat. & S. is, qui. in
Instit. eod. atque sic tenuit Ioan.
de Deo, quem refert, ac sequitur
Mar. Socin. Sen. in c. peruenit. n.
44. versi. Sed pone circa pdicta.
de sent. excomm. ac de materia
hac satis, ad alia transeamus.

Ver. Vel rata habentes.

S V M M A.

- 1 Ratihabitio quid sit.
- 2 Ratihabitio duobus modis sit.
- 3 Ratum habentes delictum commis-
sum in Cardinalem in excommu-
nicationem incident, quæ excom-
municatio, quoisque pateat, decla-
ratur.
- 4 Ratum habens animo tantum deli-
ctum aliquod in Cardinalem com-
missum in excommunicationem nō
incident.

S R G

3 Ratum habens delictum baud nomine suo in Cardinalem commissum in excommunicationem non incidit.

6 Ratum habens delictum in Cardinale commissum, ubi prius illud improbauit, in excommunicationem non incidit.

In hac parte refertur alia causa, quamobrem offendentes in predictis Cardinalem, in excommunicationem incident, que est, ubi praedicta nomine suo gesta rata habent, nam si quis aut interfecit, aut mutilauit, aut vulnerauit, aut percutiit, aut cepit, aut in carcere coniecit, aut detinuit, hostiliter ve insecurus est nomine tuo Cardinalem, & tudeinceps ratum id habuisti, in excommunicationem hanc incides. Verum quo hanc redilucidorem habeamus, praeminentia duo sunt. Primum ratihabito quid sit. Deinde quot modis ratihabitio habeatur, id est quot modis ratum quid quem habere appareat.

1 Quoad primum igitur Ratihabitio nil aliud est, quam probatio alicuius facti nomiae meo gesti me non mandante, ut probatur in c. ratum, & in c. ratihabitio nem. de reg. iur. libr. 6. & tot. tit. ff. rem rat. hab.

2 Quoad secundum autem ratum habetur quid duobus modis, verbis, & factis. Verbis expresse probando factum nomine suo, exempli gratia dicendo, rem gra-

tan mihi fecisti, vel nihil mihi operatus contingere potuit. Facias autem, si deinceps, qui delictum tale commisit, cariorem quis habuit, amiciorque ei factus est, eique aliquid donauit, ad summam quo cumque signo id significet, nam & factis animus declaratur. Argument. §. paucorum, versicul. In iis, in Instic. de rer. dñi. His præmissis, iam regulam ponamus.

3 In excommunicationem hanc igitur incidit, si qui delictum aliquod ex predictis in Cardinalem ab aliquo nomine suo factum eoprobauit, & ratum habuit, ut habetur in proposito versicul. Idem quoque habetur de eo, qui ratum habuit injectionem manuum violentiam in Ecclesiasticam personam factam, in capit. cum quis de sentent. excommun. hb. 6. nam & hic in excommunicationem incidit, ut ibi habetur, & not. communi. ter DD. & Abb. in capitul. mulieres. num. 8. versic. Et in fine, Glos. & Felin. num. 6. versic. Not. quod ratificato de sentent. excommunicantibus & Syl. in verb. Excommunication 6. §. 5. versicul. Tertio proprie finem, & Ange. in verb. Excommunication. §. num. 37. versicul. Ratum habens, & Nauarr. in Man. capitul. 27. num. 70. versic. Ratum habens. Ratum igitur habens delictum tale in excommunicatione incidit, idque merito, nam ratihabitio mandato comparatur, ut habetur in cap. ratihabitio. Ide reg. iur. libr. 6. at mandans in excommuni.

reputationem incidit, ut supra vidimus, ergo & ratum habes. Quare si aut filius, aut seruus, hic nomine domini, illi patris, quid tale in Cardinalem committit, & deinceps dominus, pater veratum habuerit, in excommunicatione hanc incidet.

Quia excommunicatio afficit in omnibus casibus, quos in antecedentibus regulis posuiimus.

Secundo afficit etiam, si post multum temporis, posteaquam delictum eommissum est, quis ratum habeat, nam Bulla tempus non prescribit, ergo nec nos prescribere debemus arg. de pretio, ff. de publ. in rem a.

Postremo afficit, quacumque ratione quis ratum habeat, nibil. in intento modo, dummodo haibeatus effectum argument, capitulo cum quid. de regul. iur. libro sexto. Hoc tamen regula exceptiones nonnullas patitur, præter alias in superioribus regulis allatas.

Nam primor in excommunicationem, quis non incidit, ubi animo tantum rem ratam habuit, & sic signo exteriori aliquo, ac propterea neque verbis, neque factis id significauit, nam esto quis id animo probet, non idcirco tamen in excommunicationem incidit, quia doquidē Ecclesia non iudicat de occultis. capitul. erubescant. distinct. 22 & cap. ex tunc de simo. not. Mar. Socin. Sen. in ca-

pitu. patro. num. 3. de sententia comm. atque sic dixit Host. quem referat, ac sequitur Glos. in eodem capitulo quid. in verbis tu nominis, nam hunc quo ad Deum ligatum esse, ait, quia scilicet mortis causa peccat, aprobando delictum, non antea quoad Ecclesiam militantem, qua non iudicat de occultis, idem dixit Ioann. Tab. in uerbis Excommunicatis. cap. 1. numer. 42. versic. Sed quid dicendum, & Mar. Socin. Senio. in capitu. peruenit. numer. 5. cum seq. uersecu. Sed pono, de intento ex commun. & generatim de Censuris nos id probauimus in Tractatu nostro de Censuris, capitu. 9. §. fin. Iabit. facit quoque dictum Glo. s. in fine, in capitu. quod semel de regu. iur. lib. 6. non existat non invenitur.

Secundo fin excommunicatio nem hanc non incidit, ubi nomine tuo delictum factum non est, nam esto illud ratum habueris, tamen in excommunicatione non incidet, ut habetur in citate. capitulo cum quis. Si vero dicatur enim de intentione violenta manuum in clericū facta, intentione eadem tuo nomine non sit facta, tunc licet pecces ratum habendo eandem, non tamen propter hoc excommunicationis illius vinculo endaris, cum quis ratum habere nequeat, quod eius nomine non est gestum. Hoc ibi, ex quibus propofita sententia apertissime probatur. Facit quoque capitul. ratum de regul. iur. lib. 6. & not. id Felin.

in

in c. mulieres. num. 6. uerfic. not.
quod ratificatio.

Tertio in excommunicationem
hanc non incidit, ubi et si nomine
suo factum id est, tamen quis ratu
non habet, sed improbat. argum.
cit. capitul. cum quisa. contrario
sensu, idque merito, alioquin in al
terius manu eslet coniicere quem
in excommunicationem etiam si
ne peccato, quod iniquum est. ar
gumen. cap. non debet. de regul.
iur. lib. 6.

6 Verum quid. si quis ab initio
factum improbavit, deinceps ve
ro illud probavit, an in excommu
nicationem hanc incidet. Hanc
questione posuit Feder. de Se
ni. in consil. 238. incipit. Scribatis,
& ibi sensit hunc in excommuni
cationem non incidere, eundem
sequuntur Anchara. in cit. c. cum
quis. nu. 5. versic. Quæro, & Gema
nu. 7. eod. uerficu. & Maria. Socina.
Sen. in capitul. sicut tuis. numero
17. de Simo. Hanc opinionem ego
etiam sequor, tum quod factum
intelligitur de prima vice. argu
laboues. & hoc sermone. ff. de uer
bor. signif. tum quod sicut statim
approbando in excommunicatione
ne incidit, esto deinceps illud im
probet, ita & in initio improban
do excommunicationem evitabit
esto deinceps illud probet, ut qd.
operatur propositum in proposi
to. operetur oppositum in opposi
to. argum. l. fin. & f. ff. de leg. 3. ma
do tamen non dolo malo impro
bauerit.

Postremo in excommunicatio
nem non incidit ratum habens,
nisi post ratificationem, non au
tem ex quo delictum factum est,
ut dixit Glossi in cit. capitul. cum
quis, in uerb. Incurris, & sequun
tur ibi DD. Ancharam. numero 3.
versic. Tertio not. regulam, & Phi
lipp. Fran. uerficu. In glo. in uerb.
incurris, & Gemin. num. 6. & Tab.
in uerb. Excommunication. 5. cas.
1. nu. 43. versicu. Sed quando erit
iste excommunicatus? Idque me
rito, nam in excommunicatione
quis non incidit, nisi ubi mortifi
re peccat. argumen. capitul. nemo
Episcorum, & capi nullus. 11.
ques. 3. & hic antequam ratum ha
buit, in hoc non peccauit, ergo
nec in excommunicationem inci
det. Nec obstat, si dicatur per rat
ificationem ad tempus delicti re
trotrahi, nā excommunicatio nō re
trotrahitur, ut in Tractatu nostro
de Censuris probauimus. Post ra
tificationem igitur tantum in ex
communicationem incidit, si ta
men ante delictum consilium hu
iustmodi sibi communicatum pro
babit, tunc statim incidet, sed non
tanquam ratum habens, sed ve
lot consulens, ovel ut mandans,
sed de hoc sat, ad alia uenia
mus.

Vers.